Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

placuit deo ⁊ inuentus est iustus. Et in tempore nouissimo factus
est reconciliatio. Non est inuentus similis illi qui conseruaret
legem excelsi. Ideo iure iurando fecit illum dominus crescere in plebem
suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi ⁊ testamentum su
um confirmauit super caput eius. Cognouit eum in benedictionibus
suis conseruauit illi misericordiam suam ⁊ inuenit gratiam coram oculis
domini. Glorificauit eum in conspectu regum ⁊ dedit illi coronam
gloriae. Statuit illi testamentum sempiternum ⁊ dedit illi sacerdotium
magnum ⁊ beatificauit illum in gloria. Iunxit sacerdotio ⁊ habere
laudem in nomine ipsius. Et offerre illi incensum dignum in
odorem suauitatis. Gr. Ecce sacerdos magnus qui diebus
suis placuit deo. ℣. Non est inuentus similis illi qui conseruaret legem ex
celsi. Alla. ℣. Inueni dauid seruum meum oleo sancto meo unxi eum. Tractus.
Homo quidam peregre. Rx. CCC. lv. Off. Inueni dauid
seruum meum oleo sancto meo unxi eum manus enim mea auxiliabitur ei ⁊ brachium
meum obsecrabit eum. Secreta. Sancti tui nos quesumus domine ubique letificent
ut dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus. ℣. Com.
Beatus seruus quem cum uenerit dominus inuenerit uigilantem amen
dico uobis super omnia bona sua constituet eum. Compl. Prestanto quesumus omnipotens deus.
ut depuratis mentibus gratias exhibentes beneficia postulata percipiamus.
In Octaua sancti Stephani sicut in die. In octaua s. Johis
ut in die. Eodem die Genouefe vsque
D. Exaudi nos deus
salutaris. Rx. CCC. lxxxx. In octa Innocentium sicut in die.
Statuit ei dominus. In natali s. Wilhelmi epi ⁊ conf.
testamentum pacis ⁊ principem fecit eum ut sit illi sacerdotii
dignitas in eternum. ℣. Gloriam domini in eternum canta. Alla.
Deus qui conspicis quia ex nulla mea iustitia su